Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

, 296.

Cod. CXXIII.

Carthac. fol. soc. 14 & 15.

A 6.2.

Honorii Augustodun: liber de naturis rerum.

1a–30a

Honorii Augustodunensis Liber de natura rerum. Prologus incipit. Naturas rerum in diversis auctorum scriptis late peror, ben sparsis inveniens cum labore magno, et sollicitudine annis fere quindecim operam dedi ut inspectis diversorum philosophorum et auctorum scriptis que naturis creaturarum et earum proprietatibus congrua moribus in, venirem in uno volumine brevissimeom, pilarem. Hic igitur primo considerandum est de anathomia corporis humani, postea tractatus de anima secundum beatum Augustinum, dein de monstruosis hominibus, postea de natura secudum, ro, licium. et Nominat quoqs authores, quorum scriptis est usus, quos inter principem occupant locum Aristoteles. et Plinius. la, put primum est de corpore humano; alterum de anima secundum b. Augustinum plane omissum; ultimum de regionibus aeris. Et quo palam fit vel authorem nostrum plura promisisse in praefatione, quam dedisse: ibi enim et de planetis, de partibus aeris, et de quatuor elementis dicturum se spopondit: vel codicem nostrum in fine deficere, id quod mihi verosimilius videtur ob incuriam scriptoris pluribus in locis manifestam, vel deinque totum esse compilationem prolixioris operis, sive ab ipso Honorio, sive ab alio compi,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

, 297.

, latam. Bernardus Pezius in dissert: Isag: in T. II Thes: Anecdot: p: IV. Legg: inter alia Honorii opera recenset Clavem physicae de naturis rerum, qui liber in codice extet, Tensi dicitur excerptus ab Honorio Solitario: est noster: de quinque libris cujus, dam Chrisotomii. An idem cum nostro sit opusculum, rationem dubitandi suppeditat diversa prologi initium quod sonat: "Cum multos mente intuear." Contuli quoque cum quatuor libris de Philosophia mundi, qui extant in Biblioth: Patrum Lugdun: T. XX, & Colon: T. XLI, eosq; longe diver, sos deprehendi, ita tamen, ut ubi simile, vel idem tractant argumentum, saepissi, me ad verba conveniant.

Honorius Augustodunensis Ecclesiae in Burgundia Presbyter, et Scholasticus, in pluribus Codd: mss: Solitarius dictus, un, de Bern: Pez: l: c: cum Monachum Benedic, tinum autumat, floruit circiter ab ao 1090, usq; ad ann: 1120. non ut Fabr: Bibl: m: et: lat: T: 3 pag: 227 ait ao 1300.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

, 298.

2

Eiusdem liberde imagine mundi. 30a – 45a

Eiusdem Liber de imagine mundi. Titulus: „Incipit tractatus Honorii de Ymagine mundi, „ di Zonus et subtilis." Initium: „Mundus dici, „tur quasi undique motus." Extat in Bibliothe, cis Patrum numero praecedenti allatis. Videat, „am Lezium, Fabricium locis citatis. Duo autem hic notanda; primo, codicem nostrum prae, ter plurima, quae continet scriptoris men, „da, in fine esse mutilum; Secundo epistu, „lam Christiani ad Honorium, quae inci, „pit: Septiformi Spiritu, et Honorii ad Chri, „stianum, cuius initium est: Sapientiae alum, no, quaeve in editionibus Prologi locum occupant, a Scriptore nostro in finem esse rejectas. Confer Bibliothecas SS. Patrum.

3

Expositio vocum hebraic: graec; ac in S. Scrip; tura occuren, „tium. 45b – 58a

Expositio vocum Hebraicarum, graecarum, aliarumque in S. Scriptura occurrentium. Prima est: 'Adam, homo vel terrenus,' et sic ordine alphabetico progreditur usque ad lit, „teram Z, ubi codex deficit. An eadem sit cum expositionibus Vocabulorum Bibliae, quae Alberto M. tribuuntur / Quetif Script: Ord. Praed. T I p. 179. an sit Henrici de Hastia Vo, cabularius Biblicus, ignoro; diversa est ab illa, quam protuli Cod: CXXII. n. 6.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

, 299.

4

Sermones, seu Homiliae in epistolas, et evangelia dominicarum. Praecedit index alphabeticus materiarum, cui in margine transversim adscriptum legitur: „Nota figuras cifferorum propter ignorantes secundum ordinem algorismicho, „manus plebanus in hohenkirchen scripsit, et gracia salvatoris complevit anno 1400. etc" Prima homilia incipit: „Scientes quia hora est, etc. In evangelio annantiatur nobis." Sunt numero 178, quibus in fine author anonymus subjungit, se in honorem Trinitatis, B. V. M. et Sanctorum, et ad utilitatem Sanctae Ecclesiae hos sermones quadragesimales fecisse, et compilasse. Fatetur, peccavit, queso te lectorem, ut aput districtum judicem solarium tuae orationis impendas boni si quid invenieris Deo simpliciter attribuas errata mihi parcas et ignoscas &c.

Sermones & Homiliae in epist. & evangelia dominicarum.

59b – 132b

5

S. Anselmi Cantuariensis Archiep: Monologium de divinitatis essentia. Praefationis initium est: „Quidam fratres et Patres saepe me studiose precati sunt." Hujus operis censuram, uti et sequentium videre licet in edit: opp: S. Anselmi Fol: Paris: 1721 curante Gerberone.

S. Anselmi Cantuar: Monologium de divina essentia.

133a – 148a

S. Anselmus Ord: S. Benedicti, ex Abbate Beccensi Archiepiscopus Cantuariensis, doctrina, zelo et ingenii subtilitate nulli temporibus suis secundus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

, 300.

obiit aº 1109. Vitam ejus scripsit Cad, „menus monachus Cantuar: ord. S. Benedicti, quam vide in praefata editione.

6

Giusdem Prosologion. 148a–153a

Giusdem Prosologion, seu alloquium de Dei existentia. Prima prologui verba sunt: „Postquam opusculum quoddam vetus exem, „plum meditandi de ratione fidei" &c Vide edit: p: 29. In censura hujus operis notat Gerberon, illud ad fidem Codd: Mss: anti, „quiorum dici debere Prologion, non Proso, „logion.

7.

Giusdem liber: cur deus homo? 153a–171b

Giusdem liber, qui dicitur: Cur deus homo. Titulum in codice nostro habet: „Incipit „prefacio bti Anshelmi Cantuarien(sis) Archi, epi in librum qui dicitur cur deus homo." Initium praefationis est: „Opus subditum „propter quosdam." Opus ipsum dialogus est Anselmum inter et Bosonem (a) in duos libros distinctus, quibus in codice nostro praemittitur capitulorum elenchus. Vide supradictam edit: p: 74.

(a) postea Abbatem Beccensem.

8.

Summa Sacramentorum. 171b–174b

Summa Sacramentorum. Videtur in codice nostro attribui S. Thomae Aquinati, inscribitur enim: „Suma thome sed perpe, „ram id fieri, et stili diversa ratio, et pra, famine initium declarant, ita enim in, „choatur: „Quoniam in sacramentorum colla, „cionibus et animarum regimine multiplex

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

, 301.

" est habenda cautela Nos in jure periti qui
" dam de hijs dem multum necessaria subcim,
" pendio deiverimus compilare. Et quia bapti
" zmus est & omnium Sacramentorum janua
" et primum merito de primo primitus est
" tractandum. Precipimus itaque" &c Un,
" de patet hanc summam non unius sed
" plurium esse compilatorum. In fine:"
" Explicit Suma Sacramentorum satis
bona. "

Cod: CXXIV.

Carthac: Fol: Soec: 14. 15.

A
6.6.

1.

Sermo de S. Elisabetha. Inscript: "Vidu,
" am ejus benedicens &c. In verbis istis
" comendatur Sta Elizabeth".

Sermo de S. Elisabetha. 1a – 1b

2.

Statuta Confraternitatis a Clero Soecu,
" lari in Archidiaconatu Cambacensi ini,
" tae ao 1371. Titulus est: " Statuta Fra,
" ternitatis; initium: " Nos Clerici aliqui
" Archydyaconatus Cambacensis consti de,
" rantes! Sunt numero quatuordecim,
" quibus regulae in suscipiendis fratri,
" bus observanda, conventus annuus in ci,
" vitate Gnundensi, fratrum obligationes

Statuta Confraternitatis Clericalis. 2a – 88b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 123

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27462

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:
http://www.handschriftencensus.de/23232